

Elementary Classics

LIVY

SELECTIONS

Books V & VI

W. CECIL LAMING M. A.





LL (Elementary Classics.)
L7888 La

SELECTIONS FROM LIVY
...
(BOOKS V. AND VI.)

ADAPTED AND EDITED WITH INTRODUCTION, NOTES,
APPENDIX, AND VOCABULARY

BY

W. CECIL LAMING, M.A.

LATE SCHOLAR OF ST. JOHN'S COLLEGE, CAMBRIDGE.

London
MACMILLAN AND CO.
AND NEW YORK
1892

[*All rights reserved*]

24658

PREFACE.

THESE Selections are intended for boys who can make out the easier portions of Caesar, but are not yet able to cope with the longer and more involved sentences of Livy. They have been simplified mainly by the omission of complicated periods or by splitting these up into shorter sentences, where they seemed necessary to the sense. This has been specially the method adopted in dealing with the speeches. In a few cases the order of the words has been altered, where, by so doing, the construction could be made plainer.

An Appendix on the Subjunctive Mood has been added, by referring to which a boy can understand the use of most, if not all, of the subjunctives occurring in the text—an object of which the importance can, perhaps, hardly be overestimated. Continual reference has been made in the Notes to this Appendix. On grammatical points, Roby's School Latin Grammar has been referred to as 'Roby, S. L. G.'

W. C. L.



CONTENTS.

	PAGE
INTRODUCTION, - - - - -	ix
TEXT, - - - - -	1
NOTES, - - - - -	29
APPENDIX, - - - - -	64
VOCABULARY, - - - - -	68



INTRODUCTION.

A.—ROME AND HER NEIGHBOURS.

THE capture of Veii, related in the earlier portion of the following extracts, marks one of the most important epochs in the career of Roman conquest. A glance at the map will show that Rome was situated as nearly as possible in the centre of Italy, in the extreme north of Latium, surrounded by the Volsci and Hernīci in the south; the Aequi, on a spur of the Apennines, in the north-east; and the Etrusci in the north. The early history of Rome's struggles and alliances with her immediate neighbours is so enveloped in mystery and fable, that it is extremely difficult and all but impossible to separate fact from fiction. When, however, the mist that hangs over this earlier period has somewhat lifted, and we have more or less genuine history to rely on, we find that Rome has assumed the leadership of an old confederacy of 30 towns in Latium, called the Latin League. This position had

not been gained without considerable strife and jealousy; for example, we hear of a war in 501 B.C. between Rome and the Latins, and so strained did their relations become, that, in 493 B.C. it became necessary for Rome to renew the League with her Latin confederates, before she could venture to turn her attention to the Volsci and Aequi with any feeling of security. Her position was still further strengthened in 486 B.C. by the admission to the League of the Hernici, who, lying as they did midway between the Volsci and the Aequi, served as a barrier to prevent those two tribes from combining against Rome.

Of the struggles of Rome and her allies with the Volsci and Aequi we have no very trustworthy details—here again, to a great extent, fable takes the place of reliable history. But whatever degree of belief is to be accorded to the account given by Livy of this period, we cannot doubt that for fifty years after the expulsion of the kings (*i.e.* from 509 B.C. to about 450 B.C.) Rome was continually harassed by these foes, and met with frequent reverses, even the city itself being at times in danger of being captured. The Volsci, however, in the south were gradually overpowered, and Rome, at the head of the League, held almost complete sway in Latium. The Aequi, too, whether pressed by the Samnites in their rear, or from some other cause, ceased to be dangerous, cut

off as they were from the Volsci by the Hernici, now in alliance with Rome.

The Etrusci were much more formidable foes. The most important town in Etruria was Veii, distant only five miles from Rome. As was natural, the two cities were at continual war. The first war of which we have definite notice lasted from 483-474 B.C., and was, on the whole, favourable to Rome. It was concluded by a peace for 30 years, at the expiration of which (445 B.C.) hostilities were renewed, and went on with intervals till 425 B.C.; but still Veii remained untaken. The armistice agreed upon lasted till 406 B.C., and Rome renewed the struggle, determined at length not merely to vanquish the city, but to destroy its power for ever. They were in a better position than before to effect this purpose, since now for the first time did the legions remain in the field summer and winter, year after year, until their object was gained. Before this period their campaigns had lasted only a few weeks at a time, to enable the soldiers to get back to till their fields and reap their harvest, on which their livelihood depended. Now, however, they introduced the system of giving regular pay (*stipendium*) for military service. Thus for ten years was Veii besieged, and after a valiant resistance it succumbed to the energy of Marcus Furius Camillus, 396 B.C. It had maintained this last struggle against Rome single-handed, abandoned by the rest of the Etrusci, who

were too much occupied by the incursions of the Gauls in the north to render any assistance. The fall of Veii was important, as it first opened up to the Roman soldier visions of conquest beyond the narrow limits of Latium, to which his campaigns had previously been confined. The long trial of endurance and the experience in war gained by the conflicts with the Aequi, Volsci, and Etrusci well fitted the Romans to cope at a later period with the more formidable Samnites, and subsequently to repel the invasion of a Pyrrhus and a Hannibal.

B.—THE GAULS AND THEIR MOVEMENTS.

The Gauls, or Celts, inhabited the country stretching from the Rhine to the Atlantic, *i.e.* modern France. As a nation they were distinguished by personal bravery, great impetuosity, and intense love of roving, which made them “the true soldiers-of-fortune of antiquity” and the terror of all civilised nations, until they were finally crushed by Caesar and held in check by Augustus.

The first district of Italy which they invaded was the fertile valley of the Po. A numerous horde, headed by one Bellovesus, crossed the Alps, and swept down upon the left bank of that river, settling in the district which afterwards bore their name—the canton of the Insübres, with Mēdiölānum (Milan) for

their capital. Other hordes soon followed in rapid succession: the Cěnōmāni establishing themselves lower down the Po, and founding Vērōna and Brixia: the Boii, who crossed the Po and settled on the right bank, with Bōnōnia as their chief town; and lastly the Sěņōnes, who went still further south, and settled along the coast of the Adriatic, as far as Ancōna.

The effect of these incursions was that the Etrusci, who originally inhabited the vast plain watered by the Po, were driven across the Apennines and confined to Etruria. The Celtic swarms still continued to press onwards, the Senones even advancing as far as Clusium, in the heart of Etruria (391 B.C.). The Clusians appealed to Rome for aid—an appeal which ultimately led to the battle of the Allia and the capture of Rome. We hear of many subsequent incursions of the Gauls into Latium, and even into Campania, but they were rather of the nature of plundering forays on a large scale, and though they spread terror among the inhabitants of Italy, they left no permanent mark on the history of the country.

The disaster at the Allia, the capture of Rome, and the subsequent incursions of the Gauls, disastrous as they were at the time, doubtless did more good than harm to Rome, inasmuch as she came to be recognised as the champion of the civilised nations of Italy

against the dreaded barbarians, and while the bonds of union between her and the Latins were drawn closer, her enmity with Etruria was lessened, in face of a common danger.

Thus the invasions of the Gauls were of little historical importance. Nor is the reason of this difficult to see. The restless spirit of the Celtic nation, combined with their intolerance of the restraint of any fixed political constitution, forbade them to settle down to reap the full advantage of any victory they might gain. Their expeditions were undertaken more for the sake of plunder than dominion. "Such qualities—those of good soldiers but bad citizens—explain the historical fact, that the Celts have shaken many states but founded none."

C.—LIVY AND HIS HISTORY.

Titus Livius was born at Pätävium (Padua) in B.C. 59, and lived till the fourth year of Tiberius, A.D. 17. We have little or no information concerning his private life. The assertion that, in his youth, he studied to become an orator, is borne out by the eloquence and oratorical ability displayed in the numerous speeches incorporated in his writings. His literary talents secured him the patronage and friendship of the Emperor Augustus, and he attained great

popularity and a high reputation as a historian even in his own day.

His only extant work is his History of Rome, extending from the foundation of the city to the death of Drusus, B.C. 9. It was originally comprised in 142 books, of which only 35 have come down to us, though of the rest we have summaries or 'epitomes,' of which the authorship is doubtful.

Livy is perfect master of the historic style of composition. His language is always graceful and dignified, and, elaborate though his sentences sometimes are, they are always marked by perspicuity. He has the rare art of adapting his style to the varying phases of his subject and of appealing strongly to the feelings of his readers, and of inspiring them with some of his own enthusiasm. As a result, his narrative is never dull, but flows on in elevated or simple language, as the case demands, imparting a grace and beauty to his work that never allow the interest to flag.

As a historian Livy has been severely criticised. He merely aimed at handing down a chronicle of events, year by year, without pausing to inquire into their causes or show their connection : he was content to take the most plausible accounts he found in earlier writers, and did not trouble to investigate their truth ; indeed he was often guided in his selection merely by the desire to flatter the pride of his fellow-countrymen, and to exalt the name of Rome. These faults,

together with his ignorance of constitutional matters and his want of geographical accuracy, justify the judgment passed upon him by modern critics—that he lacked many of the essential qualities necessary for a historian of the highest rank.

SELECTIONS FROM LIVY.

I.—CAPTURE OF VEII, B.C. 396.

1, 2. *Operations at Veii, now besieged for nearly 10 years, are continued: little result is obtained, though much booty is taken.*
3, 4. *Mysterious prodigies are reported, especially the rising of the Alban Lake, without any apparent cause.*

1. Eo anno tribuni militum consulari potestate creati sunt L. Valerius Potitus quintum, M. Valerius Maximus, M. Furius Camillus tertium, L. Furius Medullinus tertium, Q. Servilius Fidenas iterum, Q. Sulpicius Camerinus iterum. 2. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est: tota vis in populationibus fuit: duo summi imperatores Potitus a Faleriis, Camillus a Capena praedas ingentes egere, nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri posset. 3. Prodigia interim multa nuntiata sunt, quorum pleraque, et quia singuli auctores erant, parum credita spretaque, et quia, hostibus Etruscis, per quos ea procurarent, haruspices non erant. 4. In unum omnium curae versae sunt, quod lacus in Albano nemore sine ullis caelestibus aquis causave

qua alia, quae rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit.

1. *Messengers are sent to the Delphic oracle to ask what the prodigy means. 2. Meanwhile an Etruscan prisoner explains it. 3, 4, 5. Return of the messengers from Delphi with the answer of the oracle.*

2. Quidnam eo dii portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum. 2. Sed propior interpret oblatu fatis senior quidam Veiens, qui inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscosque vaticinantis in modum cecinit, "priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, nunquam potiturum Veis Romanum." 3. Quod primo, velut temere jactum, sperni, agitari deinde sermonibus coeptum est. 4. Sed tandem legati a Delphis venerunt, sortem oraculi afferentes, congruentem responso captivi vatis: "Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas: emissam per agros rigabis dissipatamque rivis extinguens. 5. Tum tu insiste audax hostium muris, memor, quam per tot annos obsides urbem, ex ea tibi his quae nunc panduntur fatis victoriam datam: bello perfecto donum amplum victor ad mea templa portato, sacraque, quorum omissa cura est, instaurata, ut assolet, facito."

1. *M. Furius Camillus appointed dictator, 2. restores confidence, 4. punishes some deserters and, 5. holds a levy at Rome. 6. His vows to the gods if they grant him victory at Veii.*

3. Iam ex lacu Albano aqua emissa in agros, Veiosque fata appetebant. 2. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis servandaeque patriae M. Furius Camillus dictator dictus magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit. 3. Omnia repente mutaverant, imperatore mutato: alia spes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri. 4. Omnium primum in eos, qui a Veiiis in illo pavore fugerant, more militari animadvertit, effecitque ne hostis maxime timendus militi esset. 5. Deinde, indicto dilectu in diem certam, ipse Romam ad scribendum novum exercitum redit, nullo detrectante militiam. 6. Peregrina etiam juvenus, Latini Hernicique, operam suam pollicentes ad id bellum venerunt: quibus gratias in senatu egit dictator, et, satis jam omnibus ad id bellum paratis, vovit se, Veiiis captis, ludos magnos facturum esse, aedemque Matutae Matris, ab rege Servio Tullio dedicatam, refecturum.

1, 2. *Successes against the Falisci and Capenates.* 3. *Great spoil falls into the dictator's hands.* 4. *The army is led to Veii and a mine driven to the town.*

4. *Profectus cum exercitu ab urbe, exspectatione hominum majore quam spe, in agro primum Nepesino cum Faliscis et Capenatibus signa confert.* 2. *Omnia ibi summa ratione consilioque acta fortuna, ut fit, secuta est.* 3. *Non proelio tantum fudit hostes sed castris quoque exiit ingentique praeda est potitus,*

cujus pars maxima ad quaestorem redacta est, haud ita multum militi datum. 4. Inde ad Veios exercitus ductus est, et cuniculus in arcem hostium agi coeptus, operum omnium longe maximum et laboriosissimum. 5. Quod ne intermitteretur opus, neu sub terra continuus labor eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerum divisit: senae horae in orbem operi attributae sunt: uocte ac die nunquam ante omissum est, quam in arcem viam facerent.

1. *The dictator sends to the senate to know what he is to do with the spoil.* 2, 3. *The different opinions expressed in the senate on the subject.*

5. Dictator, quum jam in manibus videret victoriam esse, tantumque praedae fore, quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuisset, litteras ad senatum misit: "Deum immortalium benignitate, suis consiliis, patientia militum, Veios jam fore in potestate populi Romani. Quid de praeda faciendum censerent?" 2. Duae senatum distinebant sententiae. 3. Altera senis P. Licinii: iret in castra Veios, qui particeps esse praedae vellet. 4. Altera Appii Claudii, qui auctor erat stipendii ex ea pecunia militi numerandi, ut eo minus tributi plebs conferret. 5. Licinii tamen tutior visa est sententia, quae popularem senatum faceret. 6. Edictum itaque est, ad praedam Veientem quibus videretur in castra ad dictatorem proficiscerentur.

2. *The dictator vows a tenth part of the spoil to Apollo and, 3. implores the aid of Juno. 4. He attacks the city walls to draw off the attention of the townspeople from the men working in the mine.*

6. *Ingens profecta multitudo replevit castra. 2. Tum dictator auspicato egressus, quum edixisset ut arma milites caperent, "Tuo ductu," inquit, "Pythice Apollo, tuoque numine instinctus, pergo ad delendam urbem Veios, tibi que hinc decimam partem praedae voveo. 3. Te simul, Juno regina, quae nunc Veios colis, precor, ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequere, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat." 4. Haec precatus superante multitudine ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. 5. Veientes in muros pro se quisque armati discurrunt, mirantes, quidnam id esset, quod Romani tam repente currerent ad muros.*

1. *Story of the sacrifice that was being offered by the King of Veii. 2. The men in the mine rush out and take the enemy in the rear. 3, 4. The city is completely taken and great slaughter takes place, till, 6, 7. the dictator orders his men to abstain, and they scatter to plunder the town.*

7. *Inseritur huic loco fabula: immolante rege Veientium, vocem haruspiciis dicentis, ei dari victoriam qui ejus hostiae exta prosecuisset, in cuniculo exauditam esse et Romanos milites movisse ut, adaperto cuniculo, exta raperent et ad dictatorem*

ferrent. 2. Cuniculus, delectis militibus eo tempore plenus, in aedem Junonis, quae in Veientana arce erat, armatos repente edidit. 3. Pars aversos in muris invadunt hostes: pars claustra portarum revelunt: pars quum ex tectis saxa tegulaeque a mulieribus ac servis jacerentur, inferunt ignes. 4. Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus, mixto mulierum et puerorum ploratu, complet. 5. Momento temporis, patefactis portis, urbs hostibus impletur: omnibus locis pugnatur: deinde multa jam edita caede, senescit pugna, et dictator praecones edicere jubet ut ab inermi abstineatur. 6. Is finis sanguinis fuit: dedi inde inermes coepti sunt, et ad praedam miles, permissu dictatoris, discurrit. 7. Atque ille dies caede hostium ac disreptione urbis opulentissimae est consumptus.

1. *Camillus sells the free population as slaves.* 3-5. *A select band of youths appointed to remove the image of Juno from Veii to Rome.*

8. Postero die libera corpora dictator sub corona vendidit. 2. Ea sola pecunia in publicum redigitur, haud sine ira plebis. Quum jam humanae opes egestae a Veiiis essent, amoliri tum deum dona, ipsosque deos, sed colentium magis quam rapientium, modo, coepere. 4. Namque delecti ex omni exercitu juvenes, pure lautis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam Regina Juno assignata erat,

venerabundi templum iniere. 5. Primo religiose admovebant manus : quod id signum, more Etrusco, nisi certae gentis sacerdos, attrectare non esset solitus.

1. *Anecdote connected with the removal of the image.* 3, 4. *Greatness of Veii attested by the length of its siege.*

9. Deinde quum quidam, seu spiritu divino tactus, seu juvenali joco, "Visne Romam ire, Juno?" dixisset, annuisse ceteri deam conclamaverunt. 2. Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis accepimus, integramque in Aventinum, aeternam sedem suam, perlatam : ubi templum ei postea idem, qui voverat, Camillus dedicavit. 3. Hic Veiorum occasus fuit, urbis opulentissimae Etrusci nominis. 4. Magnitudinem suam vel ultima clade indicavit, quod, decem aestates hiemesque continuas obsessa, postremo, jam fato quoque urgente, operibus tamen, non vi, oppugnata est.

1. *Rejoicings at Rome when news is brought of the capture of Veii.* 2. *The senate order public thanksgivings.* 3, 4. *Reception of the dictator : his triumph.* 5. *Having paid the vows he made, he resigns the dictatorship.*

10. Romam ut nuntiatum est Veios captos, quia tot annis varie ibi bellatum erat, multaeque clades acceptae, velut ex insperato immensum gaudium fuit : et priusquam senatus decerneret, plena omnia templa Romanorum matrum, grates diis agentium, erant. 2. Senatus in quatrimum, quot dierum nullo ante

bello, supplicationes decernit. 3. Adventus quoque dictatoris, omnibus ordinibus obviam effusis, celebratior, quam ullius unquam antea fuit: triumphusque omnem consuetum honorandi illius diei modum aliquantum excessit. 4. Maxime conspectus ipse est, curru albis equis juncto urbem invectus. 5. Tum Junoni Reginae templum in Aventino locavit, dedicavitque Matutae Matris: atque, his divinis humanisque rebus gestis, dictatura se abdicavit.

II.—THE INVASION OF THE GAULS AND THE CAPTURE OF ROME, B.C. 390.

1. *The coming of the Gauls miraculously foretold. 4, 5. M. Furius Camillus, falling into disfavour on account of his division of the spoils of Veii, goes into exile: in his absence he is fined.*

11. Hoc anno M. Caedicius de plebe nuntiavit tribunis, se in Nova via, ubi nunc sacellum est supra aedem Vestae, noctis silentio audisse vocem clariorem humana, quae magistratibus dici juberet, Gallos adventare. 2. Id, ut fit, propter auctoris humilitatem spreto, et quod longinqua, eoque ignotior, gens erat. 3. Neque deorum modo monita, ingruente fato, spreto sunt; sed humanam quoque opem, quae una erat, M. Furium ab urbe amovere. 4. Qui, die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter praedam Veientaniam, filio quoque adolescente per idem tempus orbatus, in

exilium abiit: precatus ab diis immortalibus, ut, si innoxio sibi ea injuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratae facerent. Absens quindecim millibus gravis aeris damnatur.

1. Ambassadors from Clusium come to Rome to ask for aid against the Gauls: 2, 3. Tradition as to the coming of the Gauls. 6, 7. Three envoys sent from Rome to forbid the Gauls to attack the Clusians.

12. Expulso cive, quo manente, si quidquam humanorum certum est, capi Roma non potuerat, legati a Clusinis veniunt, auxilium adversus Gallos petentes. 2. Eam gentem traditur fama, captam dulcedine frugum, maximeque vini, Alpes transisse, agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse. 3. Et invexisse in Galliam vinum, illiciendae gentis causa, Aruntem Clusinum, ira injuriae sibi oblatae ab Lucumone praepotente, a quo poenae expeti nequirent, nisi externa vis quaesita esset. 4. Hunc transeuntibus Alpes ducem, et auctorem oppugnandi Clusium fuisse. 5. Clusini, novo bello exterriti, quum multitudinem, quum formas hominum invisitatas cernerent et genus armorum, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. 6. De auxilio nihil impetratum; legati tres M. Fabii Ambusti filii missi, qui, senatus et populi Romani nomine, cum Gallis agerent, ne, a quibus nullam injuriam accepissent, socios populi Romani atque amicos oppugnarent. 7. Romanis

eos bello quoque, si res cogat, tuendos esse : sed melius visum esse, bellum ipsum amoveri, si posset ; et Gallos, novam gentem, pace potius cognosci, quam armis.

2-6. *The answer of the Gauls : they were willing to abstain from arms if the Clusians gave them land : otherwise they would fight for it.*

13. Mitis legatio, ni praeferoces legatos, Gallisque magis quam Romanis similes, habuisset. 2. Quibus, postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur hoc responsum. 3. "Etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis, in re trepida, sit imploratum. 4. Et, quoniam legatione adversus se maluerint, quam armis, tueri socios, ne se quidem pacem, quam illi afferant, aspernari, si Gallis, egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clusini, partem finium concedant. 5. Aliter pacem impetrari non posse. 6. Et responsum coram Romanis se accipere velle ; et, si negetur ager, coram iisdem Romanis dimicatuuros, ut nuntiare domum possint, quantum Galli virtute ceteros mortales praestarent."

1. *The Romans retort, and, 2. both sides rush to arms. 3-6. The Roman envoys take part in the fight, contrary to the 'jus gentium. 6. One of them even kills a Gaulish chieftain.*

14. Romani contra quaerebant, "quid in Etruria rei Gallis esset" ; et illi "omnia fortium virorum

esse" ferociter responderunt. 2. Itaque accensis utrimque animis ad arma discurritur, et proelium conseritur. 3. Ibi, jam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma capiunt. 4. Nec id clam esse potuit, quum ante signa Etruscorum tres nobilissimi fortissimique Romanae juventutis pugnant: tantum eminebat peregrina virtus. 5. Quin etiam Q. Fabius, eVectus extra aciem equo, ducem Gallorum, ferociter in signa Etruscorum incursantem, per latus transfixum hasta, occidit. 6. Spolia ejus legentem Galli agnovere, perque totam aciem, Romanum legatum esse, signum datum est.

1-4. *The Gauls send to Rome to complain of the conduct of the envoys, 5, 6. who, instead of being given up, are appointed 'consular tribunes.'* 7. *The envoys of the Gauls, justly incensed, return to their camp vowing vengeance.*

15. Omissa inde in Clusinos ira, receptui canunt, minantes Romanis. 2. Erant, qui extemplo Romam eundum censerent. 3. Vicere seniores, ut legati prius mitterentur questum injurias postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur. 4. Legati Gallorum quum ea, sicut erant mandata, exposuissent, non senatui placebat factum Fabiorum, et jus postulare barbari videbantur. 5. Sed ambitio obstabat ne id, quod placebat, decernerent in tantae nobilitatis viris. 6. Itaque, ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptae, cognitionem de postulatis

Gallorum ad populum rejiciunt: ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut ii, quorum de poena agebatur, tribuni militum consulari potestate crearentur. 7. Quo facto, haud secus quam dignum erat, infensi Galli, bellum propalam minitantes, ad suos redeunt.

1. The new tribunes hold a levy. 2. The Gauls meanwhile hurry on to Rome. 3, 4. The Romans, alarmed at their approach, with a hastily-enrolled army meet them at the river Allia.

16. Tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, summae rerum praeerant: delectumque nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi solitus erat, (extenuantes etiam famam belli) habebant. Interim Galli, postquam accepere ultro honorem habitum violatoribus juris gentium, elusamque suam legationem esse, flagrantes ira, cujus impotens est gens, confestim signis convulsis, citato agmine iter ingrediuntur. 3. Sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romani celeritas hostium tulit; quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, aegre ad undecimum lapidem occursum est, qua flumen Allia, e Crustaminis montibus praealto alveo defluens, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur. 4. Jam omnia contra circaque hostium plena erant, et uata in vanos tumultus gens, truci cantu clamoribusque variis, horrendo sono cuncta compleverat.

1, 2. *Bad generalship of the tribunes.* 6. *A great part of the Roman army flees to Veii.*

17. Ibi tribuni militum, non loco castris ante capto, non praemunito vallo, quo receptus esset, nec auspicato nec litato instruunt aciem diductam in cornua, ne circumveniri a multitudine hostium possent. 2. Nec tamen aequari frontes poterant, quum extenuando infirmam et vix cohaerentem mediam aciem haberent. 3. Paullum erat a dextra editi loci, quem subsidiarii repleri placuit: eaque res, ut initium pavoris ac fugae, sic una salus fugientibus fuit. 4. Nam Brennus, regulus Gallorum, in paucitate hostium artem timens, ad subsidiarios signa convertit. 5. Nam haud dubius fuit, si eos loco depulisset, facilem in aequo campo tantum superanti multitudini victoriam fore. 6. In altera acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites erat. 7. Pavor fugaeque occupaverat animos, et tanta oblivio omnium ut multo major pars Veios, in hostium urbem, quum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent.

1, 2. *General disorder and flight of the Roman army without striking a blow.* 3. *Great slaughter of the left wing of the Romans at the Tiber: many drowned in the river.* 5. *The right wing escapes to Rome.*

18. Parumper subsidiarios tutatus est locus: in reliqua acie, non modo non tentato certamine, sed ne clamore quidem reddito, integri intactique fugerunt. 2. Nec ulla caedes pugnantium fuit: terga caesa

suomet ipsorum certamine in turba impredientium fugam. 3. Circa ripam Tiberis, quo armis abjectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est: multosque, imperitos nandi aut invalidos, graves loriceis aliisque tegminibus hausere gurgites. 4. Maxima tamen pars incolumis Veios perfugit: unde non modo praesidii quicquam, sed ne nuntius quidem cladis, Romam est missus. 5. Ab dextro cornu, quod procul a flumine et magis sub monte steterat, Romam omnes petiere, et, ne clausis quidem portis urbis, in arcem confugerunt.

1. *The Gauls, after gathering the spoils, 3. set out to Rome. 4. Their spies report that no guards are posted and the city gates are open. 5. Fearing a stratagem they encamp outside the city.*

19. Gallos quoque obstupefactos miraculum victoriae tam repentinae tenuit. Et ipsi pavore defixi steterunt, velut ignari, quid accidisset: deinde insidias vereri: postremo caesorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos iis est, coacervare. 3. Tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. 4. Ubi quum praegressi equites, non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris retulissent, aliud priori simile miraculum eos sustinuit. 5. Itaque noctem veriti, ignotaeque situm urbis, inter Romam atque Anienem consedere, exploratoribus missis circa moenia

aliasque portas, quaenam hostibus in perdita re consilia essent.

1-4. *General grief and panic at Rome during the night. 5. Seeing no hope of saving the city, the Romans resolve to convey their women and children, and the best of their army and senate, to the Capitol, and abandon the city to the barbarians.*

20. Romani, quum pars major ex acie Veios petisset, quum nemo crederet quemquam superesse praeter eos, qui Romanam refugerant, totam prope urbem lamentis impleverunt. 2. Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nuntiatum est. 3. Mox ululatus cantusque dissonos, vagantibus circa moenia turmatim barbaris, audiebant. 4. Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos, usque ad lucem alteram, ut identidem jam in urbem futurus videretur impetus. 5. Postremo lux appropinquans exanimat: et quum defendi urbem posse, tam parva relicta manu, spes nulla esset, placuit, cum conjugibus ac liberis juventutem militarem senatusque robur in arcem Capitoliumque concedere, armisque et frumento collato, deos hominesque et Romanum nomen defendere.

1. *The old men and the general populace are left to the mercy of the invader. 4, 5. The flower of the army retreat to the Capitol. 6, 7. The greater part of the city rabble retreat to the Janiculum or seek shelter in neighbouring towns.*

21. Si arx Capitoliumque, sedes deorum, si senatus, caput publici consilii, si militaris juventus super fuerit

ruinae urbis, facilem putabant fore jacturam seniorum turbae, relictæ in urbe utique periturae. 2. Et quo id æquiore animo multitudo ferret, senes palam dicebant se cum illis obituros esse; nec corporibus, quibus non arma ferre possent, inopiam armatorum oneratos. 3. Haec solatia seniores, morti destinati, inter se jactabant. 4. Deinde juvenes in Capitolium atque in arcem prosequerentur, commendantes virtuti eorum fortunam urbis, per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis. 5. Eosque digredientes, qui spem omnem atque opem secum ferebant, magna pars mulierum in arcem prosecutæ sunt, nec prohibente ullo, nec vocante. 6. Alia maxima pars plebis, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa uno agmine petiit Janiculum. 7. Inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo duce aut consensu, suam quisque spem, sua consilia exsequentes.

1, 2. *The priest of Quirinus and the vestal virgins hide the sacred treasures, and 3. are conveyed for safety to Caere.*

22. Flamen interim Quirinalis virginesque Vestales, ommissa rerum suarum cura, consultabant, quæ sacrorum secum ferenda, quæ relinquenda essent. 2. Alia igitur, condita in doliolis sacello proximo aedibus flaminis Quirinalis, defodiebant: alia secum ferebant via, quæ sublicio ponte ducit ad Janiculum. 3. In eo clivo eas quum L. Albinus, de plebe Romana homo,

conspexisset, plaustro conjugem ac liberos vehens inter ceteram turbam, quae inutilis bello urbe excedebat, jussit uxorem ac pueros descendere, virgines sacraque in plastrum imposuit, et Caere pervexit.

1-3. *Devotion of the senate.* 4. *The Gauls enter the city, and proceed to plunder it.*

23. Romae interim, satis jam omnibus ad tuendam arcem compositis, turba seniorum, domos regressa, adventum hostium, obstinato ad mortem animo, expectabat. 2. Qui eorum curules gesserant magistratus, insignibus fortunae pristinae vestiti medio aedium eburneis sellis sedere. 3. Sunt, qui M. Fabio pontifice maximo praefante carmen tradant eos se devovisse pro patria Quiritibusque Romanis. 4. Galli, quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant animos, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem, patente Collina porta, in forum perveniunt. 5. Inde modico relicto praesidio, dilapsi ad praedam, pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt: pars ultima, velut intacta et referta praeda, petunt. 6. Inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant.

1, 2. *One of the senators resents an insult offered him by a Gaul, which leads, 3-4. to a general slaughter and destruction of the city.* 5, 6, 7. *Anxiety of the troops in the Capitol, who nevertheless resolve to maintain their position.*

24. Ibi intuebantur viros in aedium vestibulis sedentes, majestate simillimos diis. 2. Ad eos velut simulacra versi quum starent, unus ex his, M. Papius, dicitur Gallo, barbam suam promissam permulcenti, scipione eburneo percusso, iram movisse. 3. Ab eo initium caedis ortum, et ceteri in sedibus suis trucidati. 4. Post principum caedem nulli deinde mortalium parcitur: diripiuntur tecta, exhaustis injiciuntur ignes. 5. Romani interim ex arce plenam hostium urbem cernebant, et quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammae, et fragor ruentium tectorum advertisset, paventes oculos flectebant. 6. Nec tranquillior nox diem tam foede actum excepit: lux deinde noctem inquietam insecuta est: nec ullum erat tempus, quod a novae semper cladis alicujus spectaculo cessaret. 7. Non tamen, tot malis onerati, flexerunt animos quin collem, quem tenebant, virtute defenderent.

1-4. *The Gauls, unsuccessful in an attempt to storm the Capitol,*
5, 6. *resolve to blockade it.*

25. Galli autem, quum inter incendia ac ruinas captae urbis nihil superesse viderent praeter armatos hostes, impetum facere in arcem statuunt. 2. Prima luce, signo dato, multitudo omnis in foro instruitur: inde, clamore sublato ac testudine facta, subeunt. 3. Romani, ad omnes aditus stationibus firmatis, scandere sinunt hostem: rati, quo magis in arduum

successerit, eo facilius pelli posse. 4. Medio fere clivo restitere, atque inde ex superiore loco, impetu facto, strage ac ruina Gallos fudere; ut nunquam postea nec pars, nec universi tentarent tale pugnae genus. 5. Omissa inde spe per vim atque arma subeundi, obsidionem parant. 6. Et quod frumentum omne incendiis urbis absumpserant, placuit, exercitu diviso, partim per finitimos populos praedari, partim obsidere arcem, ut obsidentibus frumentum praedatores agrorum praeberent.

1. *Wandering in search of provisions the Gauls are led to Ardea, where, 4-10. Camillus exhorts the townsmen to attack them at nightfall.*

26. Proficiscentes ab urbe Gallos fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit. 2. Qui repente audit Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos Ardeates consultare. 3. Itaque, haud secus quam divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, 4. "Ardeates," inquit, "veteres amici, novi etiam cives mei, res ac periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepida praesidii, in medium conferre. 5. Vobis fortuna oblata est, et pro tantis pristinis populi Romani beneficiis gratiae referendae, et huic urbi decus ingens ex hoste communi pariendi. 6. Quae effuso agmine adventat, gens est, cui natura corpora animosque magna magis quam firma dederit. 7. Eo in certamen omne plus terroris, quam

virium, ferunt. 8. Argumento sit clades Romana : patentem urbem cepere. 9. Ex arce Capitolioque quod his exigua manu resistitur, jam obsidionis taedio victi abscedunt, vagique per agros palantur. 10. Cibo vinoque repleti, ubi nox appetit, prope rivos sine custodiis passim ferarum ritu sternuntur. 11. Si vobis in animo est tueri moenia vestra, prima vigilia capite arma frequentes ; me sequimini ad caedem, non ad pugnam."

Successful attack of Camillus and the Ardeates on a party of Gauls, who are cut to pieces.

27. Aequis iniquisque persuasum erat, tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse. 2. Signo dato primae noctis silentio ad portas Camillo praesto fuere. 3. Egressi, haud procul urbe, sicut praedictum fuerat, castra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte, cum ingenti clamore invadunt. 4. Nusquam proelium, omnibus locis caedes est : nuda corpora et soluta somno trucidantur. 5. Extremos tamen pavor, cubilibus suis excitos, ignarosque quae aut unde vis esset, in fugam tulit. 6. Magna pars in agrum Antiatem delati, incursione ab oppidanis facta, circumveniuntur.

1-4. *The Romans, who had escaped to Veii, resolved to ask the senate to recall Camillus.* 5-7. *Successful mission of Pontius Cominius for this purpose. Camillus appointed dictator.*

28. Veii interim non animi tantum in dies, sed

vires crescebant. 2. Maturum jam Romanis, qui eo convenerant, videbatur, patriam eripi ex hostium manibus : sed corpori valido caput deerat. 3. Consensu omnium placuit, ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto senatu qui Romae esset. 4. Ingenti periculo per hostium custodias transeundum erat. 5. Ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur. 6. Inde per praeceptum, coque ab hostibus neglectum, saxum, in Capitolium evadit, et ad magistratus ductus, mandata exercitus edit. 7. Accepto inde senatus consulto, ut Camillus dictator extemplo diceretur, eadem degressus nuntius Veios contendit, et legati, Ardeam ad Camillum missi, Veios eum perduxere.

The Gauls are foiled in an attempt to scale the Capitol by M. Manlius.

29. Dum haec ad Veios agebantur, interim arx Romae Capitoliumque in ingenti periculo fuit. 2. Nam Galli, vestigio notato humano, qua nuntius a Veis pervenerat, tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. 3. Anseres non fefellerent, quibus, sacris Junoni, in summa cibi inopia abstinebant. 4. Quae res saluti fuit. 5. Namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius, vir bello egregius, armis arreptis, ad arma ceteros ciens, vadit ; et, dum ceteri trepidant,

Gallum, qui jam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. 6. Qui prolapsus quum proximos sterneret, trepidantes alios, armisque omissis saxa manibus amplexos, trucidat. 7. Jamque et alii conglobati telis missilibusque saxis hostes proturbare, ruinaque tota acies prolapsa in praeceps deferri.

Honours paid to M. Manlius. 3, 4. Punishment of the negligent sentinel.

30. Sedatoque tumultu, reliquum noctis quieti datum est. 2. Luca orta, vocatis classico militibus ad concilium, primum Manlius ob virtutem, non a tribunis solum militum, sed consensu etiam militari, laudatus est. 3. Tum vigiles ejus loci, quos fefellerat ascendens hostis, citati sunt, et Q. Sulpicius tribunus militum se in omnes more militari animadversurum esse nuntiavit. 4. Omnibus tamen in unum vigilem culpam conjicientibus, reum de saxo dejecit. 5. Inde intentiores utrimque custodiae erant: apud Gallos, quia vulgatum erat, nuntios inter Veios Romanque commeare: apud Romanos, ob nocturni periculi memoriam.

Negotiations for a truce; hopeless condition of the force in the citadel.

31. Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrimque exercitum urgebat. 2. Indutiae deinde cum Romanis factae, et colloquia permissu imperatorum

habita. 3. In quibus quum identidem Galli famen objicerent, eaque necessitate ad deditionem vocarent, dicitur, avertendae ejus opinionis causa, multis locis panis de Capitolio jactatus esse in hostium stationes. 4. Sed jam neque dissimulari neque ferri ultra fames poterat. 5. Itaque dum dictator delectum Ardeae habet, exercitumque parat instruitque, quibus haud impar adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus, stationibus vigiliisque fessus, spe quoque jam, non cibo solum deficiente, se dedi, vel redimi, quacunque pactione possent, jussit. 6. Galli non obscure jactabant se haud magna mercede adduci posse, ut obsidionem relinquunt.

The Gauls agree to retire on receiving a large sum of money. 3, 4. Insolent behaviour of Brennus.

32. Tum senatus habitus est : et tribunis militum negotium datum, ut paciscerentur. 2. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi, gentibus mox imperaturi, factum est. 3. Rei foedissimae per se adjecta indignitas est. 4. Pondera ab Gallis iniqua allata sunt, et tribuno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius : audivitque vox Romanis intoleranda, "Vae victis!"

Negotiations stopped by the arrival of Camillus from Veii, who, 5. prepares for battle, and, 8-10. defeats the Gauls with great slaughter in two successive engagements.

33. Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos. 2. Nam forte prius quam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit, auferrique aurum de medio, et Gallos summoveri, jubet. 3. Quum illi se pactos esse dicerent, negat eam pactionem ratam esse, quae, postquam ipse dictator creatus esset, injussu suo facta esset: et denuntiat Gallis, ut se ad proelium expediant. 4. Suos jubet arma aptare, ferroque, non auro, patriam recuperare. 5. Instruit deinde aciem, ut natura loci patiebatur, in solo inaequali. 6. Galli nova re trepidi arma capiunt iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. 7. Jam verterat fortuna, jam deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant. 8. Igitur primo concursu haud majore momento fusi Galli sunt, quam ad Alliam vicerant. 9. Justiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via, quo se ex fuga contulerant, ejusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. 10. Ibi caedes omnia obtinuit: castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus.

Triumph of Camillus. 3. *He persuades the citizens to rebuild the city,* 4. *which is done.*

34. Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem rediit: interque jocos militares, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur. 2. Aurum, quod

Gallis ereptum erat, sacrum omne iudicatum, et sub Jovis sella poni jussum. 3. Deinde, quum tribuni assiduis contionibus plebem agitent, ut ruinis relictis Veios transmigrarent, Camillus longa gravique oratione dissuasit. 4. Itaque tegula publice praebita, et jure facto saxi materiaeque caedendae unde quis vellet, urbs aedificari coepta est.

Plague at Rome and death of Camillus. 3. His character.

35. Quinque et viginti fere annis post Romam a Gallis captam, pestilentia ingens in urbe orta est. 2. Maxime eam insignem mors quam matura, tam acerba, M. Furii Camilli fecit. 3. Fuit enim vir unicus in omni fortuna: princeps pace belloque priusquam exulatum iret: clarior in exilio vel desiderio civitatis, quae capta opem absentis imploravit, vel felicitate, qua restitutus in patriam secum patriam ipse restituit.

III.—THE INSURRECTION AND DEATH OF M. MANLIUS, THE DEFENDER OF THE CAPITOL. B.C. 384.

1-4. *M. Manlius releases a centurion who had been condemned for debt; and 5. sells his own property for the benefit of poor debtors.*

36. Haud multis post annis, M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, quum centurionem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit, et

manus injecit. 2. Et vociferatus de superbia patrum ac crudelitate feneratorum, 3. "Tum vero ego" inquit "nequidquam hac dextra Capitolium arcemque servavi, si civem commilitonemque meum in servitatem ac vincula duci videam." 4. Inde rem creditori solvit, liberatumque emittit deos hominesque obtestantem ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanae, gratiam referant. 5. Postea M. Manlius fundum in Veienti praeconi subjecit, ne quis civium, donec ipse quidquam haberet, pecuniae judicatus esset. 6. Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur.

He is summoned by the dictator on charge of exciting insurrection. 4, 5. His appeal to the deities of the Capitol. 6. Is thrown into prison, but 8. is subsequently released.

37. Ita suspensis rebus dictator, accitus ab exercitu, in urbem venit. 2. Postero die senatu habito, viatorem ad M. Manlium misit: qui agmine ingenti ad tribunal venit. 3. Tum dictator eum jussit fateri facinus seditionis incitandae, et, quum negaret se arbitrio inimicorum locuturum esse, in vincula duci jussit. 4. Arreptus a viatore, "Jupiter" inquit "optime maxime Junoque Regina ac Minerva ceterique dii deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, ita sinitis vestrum militem ac praesidem vexari ab inimicis? 5. Haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis et catenis erit?" 6. Conjecto

in carcerem M. Manlio, magna pars plebis vestem mutavit: multi capillum ac barbam promiserunt. 7. Ingens turba, obversata vestibulo carceris, se refracturos portas minabantur. 8. Itaque ex senatus consulto M. Manlius liberatur. 9. Quo facto non seditio finita, sed dux seditioni datus est.

1-3. *Incites the people to a revolution.* 4-10. *His revolutionary speech.*

38. Igitur, advocata domum plebe, M. Manlius cum principibus de novandis rebus interdiu noctuque agebat, plenior irae quam antea fuerat. 2. Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto. 3. Qua inflatus, animos plebis jam per se accensos, incitabat. 4. "Quousque tandem, Quirites, ignorabitis vires vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? 5. Numerate saltem quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis. 6. Ostendite modo bellum: pacem habebitis. 7. Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. 8. Solo aequandae sunt dictaturae consulatusque, ut caput attollere Romana plebs possit. 9. Prohibete igitur jus de pecuniis dici. 10. Ego me patronum plebis profiteor, quod nomen mihi cura mea et fides induit."

